Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26151
Copyright: Admont, Benediktinerstift

simila
Anima que obtulit oblacionem sacrificii domino silia
et thus erit eius oblacio. etc. In victimis eligun-
tur et ymolantur prima et meliora Levitici 1° Cum obtulit
cenobiis de pecoribus et ovibus victimas de
armento masculum in madatum offeret etc. In holocaus-
tis vero eligun-tur et incendun-tur suaviora et preciosiora
Levitici 1° Si de avibus holocausti oblacio fuit
domino de turturibus et pullis columbarum sacerdos
non secabit nec dividet ea ferro sed adolebit
super altare ignis holocaustum suavissimi odoris
domino etc. Quo nunc erat Christum placare deum patrem
legali obligacione sacrificii mundissimi et ymolacione
victime prime et optime et incensione holo-
causti preciosissimi et suavissimi. Nichil autem
aut potuit esse mundius sacrificio sue immaculate
carnis de immaculata virgine sumpte sine pecca-
tum pena et pro pena peccati. Nichil enim potuit
esse principalius et melius pro victima prima
et optima unigenito patris et primogenito virginis
Nichil eciam potuit esse preciosius et suavius
pro holocausto preciosissimo et suavissimo vita
et anima illius castissimi turturis et illius
simplicissime columbe que de castissima et
mitissima turture et columba virgine maria